



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

Capvt XL.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

C A P V T

X L .

Loci tres præcipui.

I. Si moram fecerit Dominus expedita eum, quia ueniens ueniet & non tardabit. Non igitur præscribatur Deo tempus liberationis, nec ab ieiuitur spes salutis propter moram, quæ & exercitium fidei & invocationis reddit ardentius, & constantiam nostram explorat, & illustrius reddit nos immediate ab ipso Deo sine causis secundis adiutos esse, ut Ioseph, et si moram facit Dominus per integrum tredecim annos, quibus in seruitute et carcere uixit, tamen expectat eum, & mitigationem ac liberationem experitur.

II. De somnijs & de Diuinatione.

III. De ingratitudine. Ut enim Pincerna liberatus obliuiscitur Ioseph, Sic omnes Homines memoriam accepti beneficij facile ex animo effluere sinunt, iuxta illud Catulli.

Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benigne, est.

Pindarus, παλαιὰ γε οὐδὲ χάρις ἀμνάμονες δέ εποιοῖ, id est, Antiqua gratia dormit, Et

Homines sunt immemores. Cicero, Cui dolet, meminit, cui placet, oblinuiscitur.

i CAPVT